



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Theodvlvs & Agathopvs MM. 4. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

Ecce parvulus in medio stetuitur: studeamus ef-  
fici, sicut parvulus iste: discamus ab eo, quia mitis  
est & humilis corde?ne magnus videlicet Deus sine  
causa sit factus homo parvus, ne gratis mortuus, ne  
in vacuum crucifixus. S. Bern. serm. 3. sup. Missus.

S. THEODVLVS & AGATHOPVS  
MM. 4. Aprilis.

**N**emo vel citò vel serò nimis cæli viam ingre-  
ditur, si quidem ingreditur. Iuvenis ætate  
THEODVLVS, senex AGATHOPVS, parili tamen  
cursu per Martyrum stadium cucurrerunt, anno à  
Christi ortu quarto supra trecentesimum. Et  
THEODVLVS quidem ante cursum, bravium (cer-  
tè arthram bravii) scribitur ē cælo annulum acce-  
pisse, qui artificis cæli manum crebris miraculis,  
quibus omnes passim morbos pellebat, laudavit.  
Porro cùm intra carceres ambo adhuc consiste-  
rent, in somnis ab ipso Numine sunt animari, ipsi  
verò ad fidem exemplo suo adductos alios ani-  
marunt. Postridie ad virtutis theatrum (tribunal  
tyranni) tracti in ruborem hunc, in lassitudinem  
tortores dederunt. Èâ, quæ sécuta est, nocte, ite-  
rum carceribus clausi, idem uterque in somnis  
somnia viderunt. Naufragium sibi facere vide-  
bantur, sed auspiciatum illud, & nimium fortuna-  
tum: quod cæteris quidem, quorum longè plurimi  
erant, fluctu haustis, ipsi nescio in quem mon-  
tem cælo contiguum evasissent, candidus ibi ve-  
stibus ornati. Somnium hoc dies explicit. In  
mare cum saxis appendicibus abjecti ipfissimum  
Olympum subierunt. THEODVLVS deinde  
multâ luce candidus, inde ad suos revisit, quod

H 3

testa-

174 VITÆ SÆCTORVM. s. April  
testamentum facere esset oblitus. Dixit ergo heredes omnium pauperes, & te quoque inter hujus testamenti executores hodie cupit habere. Ex Metaphr. apud Surium.

Navicula Christi nunc tollitur ad calum, nunc in trepidationum ima descendit: nunc Christi regitur viribus, nunc formidine jactatur: nunc operitus fluctibus passionum, nunc confessionum remigis enat. Sed nos iterum arq; iterum clamemus Domine salva nos; Perimus. S. Chrysol. serm. 20.

S. VINCENTIVS C. s. Aprilis.

Sanctus VINCENTIVS antiquâ Ferreriorum familiâ in Hispaniâ natus, primis statim annis documenta edidit Magisterii pietatis, quod vir exercuit, jam puer inter pueros Magnus Orator. Ea initia egregiâ indeole ac literarum eximio profectu fecit auctiora, omnem libertatem pertulit, quæ levitatem oleret. Ingressus S. Dominici familiam, & Christi aspectu, morbo levatus, ejus imperio populos ad pœnitentiam evocare instituit, tam strenue quidem, ut satis constet Iudæorum viginti quinq; millia, totidem ferè Saracenorum, Christo ejus operâ conciliata; Christianorum centum viginti millia eisdem reconciliata; publicis flagitiis infamium quadraginta millia ad innocentiam reducta. Ardorem dicentis inde intelligas, quod capitalia ausos cum ad furcam comitaretur, oratione primùm effervescere, mox colliquescere, denique in cinerem exarescere coegerit felicissimo suppicio amoris extinctos. Tot spoliis Orco abactis triumphantem mirum non est, si Styx odit, & spoliare castitatis gemmâ contendit, quantum-

vi  
vir  
ser  
na  
eu  
rii  
pa  
ta  
mo  
hu  
no  
ff  
de  
bit  
do  
I  
bu  
tii  
Pt  
ii  
qu  
ch  
ne  
co  
iis  
ce  
NE  
qu  
co  
eti